Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

[illegible] pressurarum carcerumque umbris locuti sunt, passis illis apostolis, nunc clarificata per orbem ecclesia, lectis eorum actibus publice praedicantur. Sane quod ait: praedicabitur in tectis, iuxta morem provinciae Palestinae loquitur, ubi solent in tectis residere. Non enim tecta nostro more culminibus sublimata, sed plana aequali mensura faciunt. Ergo dicit: praedicabitur in tectis, idest cunctis audientibus palam dicetur. **Theophilus.** Vel hoc proponit pharisaeis, quasi dicat: o pharisaei, quae in tenebris, idest quae in opacis cordibus vestris temptare me conamini, in lumine dicetur. Ego enim sum lux, et in me luce notum fiet dolus vester, machinatio, caligo. Et quod in aurem locuti estis in cubilibus, idest dolos mutuis susurriis vestris auribus instillatis, praedicabitur in tectis, idest itaque nunc fiunt audibilia ac si in tectis praedicatum fuisset. Hoc etiam intelligere potes quod lux sit evangelium, tecta vero altae apostolorum animae. Quod ergo vobis consiliati estis pharisaei, divulgata est postmodum et audita in evangelio Lucae, stante magno praecone Spiritu Sancto super apostolorum animas. **Ambrosius.**

Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus et post hec non habent amplius quod faciant.

Quoniam geminum est perfidiae genus, quae aut ex solita malitia aut ex accidenti metu nascatur, ne desinente timore dominum quis corde cognoscat negare cogatur, pulchre addit: Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt. **Cyrillus.** Non quibuscumque enim simpliciter hic sermo convenit, sed his qui deum ex tota diligunt mente, quibus convenit dicere: Quis nos separabit a caritate

Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram deo? Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.

Christi. Cum autem tales non sint labiles sunt et ad pusillum de parvo possunt deduci. Maiorem autem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Commodum autem non est convenientissimum Christo non rependere quod ab eo recepimus. **Ambrosius.** Mortem et docet non esse terribilem, quam locupletatore fenore sit immortalitas redemptura. **Cyrillus.** Est ergo advertendum quod laboribus parantur coronae. Et homines quibus mortales usque ad corpus suam iram extendunt. Fitque illis nunc persecutionis finis; ac aliis meritis bonum residet. Et post hec non habent amplius quod faciant. **Beda.** Ergo si vacua fuerunt insania, qui mortua martyrum membra feris avibusque discerpenda praebuerunt, cum nequaquam omnipotentiae dei, quin ea resuscitando vivificet, resistere possint. **Chrysostomus.** Considera qualiter dominus discipulos omnibus superiores effecit, ipsam mortem cunctis terribilem hortans contempnere. Simul